Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41510
Copyright: Melk, Benediktinerstift

tus Per armillas qui est ornatus brachiorum / strenuitas seu fortitudo operum significat amplitudinem qui sunt in operibus activae vitae et contemplativae De istis ipse te ornavit / et roboravit brachium tuum ad patiendum strenue labores et opera tuae sacae religionis. de ipsis scriptum est eccli / xl / capitulo. dutum brachiorum et sacrificium sanctificationum offers domino Postmodum dicit quod ipse posuit coronam decoris in capite tuo. per quam coronam intelligitur gloria sive premium virginitatis tuae / quae dicitur aureola. quae est quaedam excellentia seu dignitas quae in caelesti patria virginibus apparebit. et potest dici etiam quoddam sertum seu corona de floribus vel perlis / vel lapidibus preciosis. quam promisit tibi vicissim sponsus tuus ultra communem gloriam sororum / quae appellatur aurea. quam meruit ex observatione praeceptorum dei Et in signum / in benedictione tua imposita tibi fuit corona super caput tuum / et data fuit tibi anulus in manu tua / ut ex tunc regina et sponsa xpi domini regis et mi dicebis. sicut ecclia tua iterum coram omnibus devote letabunde decantasti Anulo suo subarravit me dominus ihs xpus / et tunc sponsam decoravit me corona Ecce ecclia quae nobiliter apparata fuisti / et quasi regina et sponsa xpi ornamentis virtutum undique adornata complacuisti altissimo sponso tuo. et propter hoc concupivit rex decorem tuum. ut te sibi in matrimonium copularet Triplex autem distinguitur matrimonium. scilicet initiatum / ratum / et consumatum Initiatum mrio